



22132974



LATÍN
NIVEL MEDIO
PRUEBA 2

Viernes 3 de mayo de 2013 (mañana)

1 hora 30 minutos

INSTRUCCIONES PARA LOS ALUMNOS

- No abra esta prueba hasta que se lo autoricen.
- Responda a tres preguntas de dos géneros literarios solamente. Cada pregunta vale *[15 puntos]*.
- La puntuación máxima para esta prueba de examen es *[45 puntos]*.

Responda a **tres** preguntas de **dos** géneros **solamente**. Su respuesta debe basarse en los **dos** géneros literarios estudiados.

Género: Poesía elegíaca y lírica

Pregunta 1. Horacio *Odas* 3.2

angustam amice pauperiem pati
robustus acri militia puer
 condiscat et Parthos ferocis
 vexet eques metuendus hasta

5 vitamque sub divo et trepidis agat
in rebus. illum ex moenibus hosticis
 matrona bellantis tyranni
 prospiciens et adulta virgo

10 suspiret “eheu, ne rudis agminum
sponsus lacessat regius asperum
 tactu leonem, quem cruenta
 per medias rapit ira caedes.”

15 dulce et decorum est pro patria mori:
mors et fugacem persequitur virum
 nec parcit inbellis iuventae
 poplitibus timidoque tergo.

- (a) *angustam ... rebus* (versos 1–6). ¿A quién está dirigida esta oda? Identifique **dos** atributos que el/la destinatario/a de la oda debería tener. [3 puntos]
- (b) ¿Quiénes son los Partos? ¿Qué logra el poeta al referirse a ellos en estos versos? [3 puntos]
- (c) Traduzca *illum ... suspiret* (versos 6–9). [3 puntos]
- (d) *suspiret ... cruenta* (versos 9–11). Nombre el recurso retórico utilizado por el poeta en estos versos. Explique su efecto. [3 puntos]
- (e) *dulce ... tergo* (versos 13–16). Identifique la idea principal de la estrofa y explique su efecto. [3 puntos]

Género: Poesía elegíaca y lírica**Pregunta 2. Catulo 5**

vivamus, mea Lesbia, atque amemus,
 rumoresque senum severiorum
 omnes unius aestimemus assis.
 soles occidere et redire possunt:
 5 nobis, cum semel occidit brevis lux,
 nox est perpetua una dormienda.
 da mi basia mille, deinde centum,
 dein mille altera, dein secunda centum,
 deinde usque altera mille, deinde centum,
 10 dein, cum milia multa fecerimus,
 conturbabimus illa, ne sciamus,
 aut ne quis malus invidere possit,
 cum tantum sciat esse basiorum.

- (a) *vivamus ... possunt* (versos 1–4). Identifique **dos** palabras que presenten el tema de “la vida”. Explique cómo las palabras elegidas desarrollan este tema. [3 puntos]
- (b) Traduzca *soles ... dormienda* (versos 4–6). [3 puntos]
- (c) *omnes ... assis* (verso 3). Explique qué medios estilísticos utiliza el poeta para declarar su postura de rebeldía contra los hombres de la generación anterior. Apoye su respuesta con ejemplos del texto en latín. [3 puntos]
- (d) *conturbabimus ... sciamus* (verso 11). ¿Qué término técnico utiliza el poeta en este verso? Dé el significado de la palabra y explique su efecto. [3 puntos]
- (e) Identifique **tres** grupos de polaridades elegidos por el poeta para situar la expresión del amor contra un fondo oscuro de amenazas a lo largo del poema. [3 puntos]

Género: Épica

Pregunta 3. Virgilio *Eneida* 4.198–218

hic Hammone satus, rapta Garamantide nympha,
 templa Iovi centum latis immania regnis,
 200 centum aras posuit, vigilemque sacraverat ignem,
 excubias divom aeternas, pecudumque cruore
 pingue solum et variis florentia limina sertis.
 isque amens animi et rumore accensus amaro
 dicitur ante aras media inter numina divum
 205 multa Iovem manibus supplex orasse supinis:
 “Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
 gens epulata toris Lenaeum libat honorem,
 aspicias haec, an te, genitor, cum fulmina torques,
 nequiquam horremus, caecique in nubibus ignes
 210 terrificant animos et inania murmura miscent?
 femina, quae nostris errans in finibus urbem
 exiguam pretio posuit, cui litus arandum
 cuique loci leges dedimus, conubia nostra
 reppulit, ac dominum Aenean in regna recepit.
 215 et nunc ille Paris cum semiviro comitatu,
 Maeonia mentum mitra crinemque madentem
 subnexus, raptu potitur: nos munera templis
 quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem.”

- (a) *hic ... sertis* (versos 198–202). ¿Quién era Yarbas? ¿Qué nos enseñan estos versos sobre él? [3 puntos]
- (b) Mida *isque ... divum* (versos 203–204). [2 puntos]
- (c) Traduzca *aspicias ... miscent* (versos 208–210). [3 puntos]
- (d) *femina ... recepit* (versos 211–214). Identifique los pasos mediante los que el poeta desarrolla el sentido de la ironía y la indignación de Yarbas. [4 puntos]
- (e) *Maeonia ... inanem* (versos 216–218). ¿Qué recursos retóricos utiliza el poeta en estos versos? Explique su efecto. [3 puntos]

Género: Épica**Pregunta 4. Virgilio *Eneida* 4.279–295**

280 at vero Aeneas aspectu obmutuit amens,
 arrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.
 ardet abire fuga dulcisque relinquere terras,
 attonitus tanto monitu imperioque deorum.
 heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
 audeat adfatu? quae prima exordia sumat?
 285 atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
 in partisque rapit varias perque omnia versat.
 haec alternanti potior sententia visa est:
 Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum,
 classem aptent taciti sociosque ad litora cogant,
 290 arma parent, et quae rebus sit causa novandis
 dissimulent; sese interea, quando optuma Dido
 nesciat et tantos rumpi non speret amores,
 temptaturum aditus, et quae mollissima fandi
 tempora, quis rebus dexter modus. ocius omnes
 295 imperio laeti parent ac iussa facessunt.

- (a) *at vero ... deorum* (versos 279–282). ¿Qué aprendemos sobre Eneas en estos versos? Apoye su respuesta con ejemplos del texto en latín. [4 puntos]
- (b) Mida *in ... est* (versos 286–287). [2 puntos]
- (c) *Mnesthea ... dissimulent* (versos 288–291). ¿Qué les pide Eneas que hagan a Mnesteo, Seresto y Sergesto? [4 puntos]
- (d) Traduzca *sese ... modus* (versos 291–294). [2 puntos]
- (e) ¿Qué nos enseña todo el pasaje sobre Dido? [3 puntos]

Género: Historiografía**Pregunta 5. Tácito *Anales* 14.1**

Gaio Vipstano C. Fonteio consulibus diu meditatatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii coalita audacia et flagrantior in dies amore Poppaeae, quae sibi matrimonium et discidium Octaviae incolumi Agrippina haud sperans crebris criminationibus, aliquando per facetias incusaret principem et pupillum vocaret, qui iussis alienis obnoxius non modo imperii sed libertatis etiam indigeret. cur enim differri nuptias suas? formam scilicet displicere et triumphalis avos. an fecunditatem et verum animum? timeri ne uxor saltem iniurias patrum, iram populi adversus superbiam avaritiamque matris aperiat. quod si nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, redderetur ipsa Othonis coniugio: ituram quoquo terrarum, ubi audiret potius contumelias imperatoris quam viseret periculis eius immixta. haec atque talia lacrimis et arte adulterae penetrantia nemo prohibebat, cupientibus cunctis infringi potentiam matris et credente nullo usque ad caedem eius duratura filii odia.

- (a) *Gaio ... criminationibus* (líneas 1–3). Nombre las **tres** mujeres que son presentadas en estas líneas y explique su relación con Nerón. [3 puntos]
- (b) *aliquando ... indigeret* (líneas 3–5). ¿Qué reproches le hace Popea a Nerón? Apoye su respuesta con ejemplos del texto en latín. [3 puntos]
- (c) *cur ... aperiat* (líneas 5–7). Explique cómo la elección del material que incluye Tácito en su narrativa refleja sus opiniones sobre el principado de Nerón. [3 puntos]
- (d) *quod ... immixta* (líneas 7–9). Dé tres datos sobre Otón. [3 puntos]
- (e) Traduzca *haec ... odia* (líneas 9–11). [3 puntos]

Género: Historiografía**Pregunta 6. Tácito *Anales* 14.3**

igitur Nero vitare secretos eius congressus, abscedentem in hortos aut Tusculanum vel Antiatem in agrum laudare quod otium capesseret. postremo, ubicumque haberetur, praegravem ratus interficere constituit, hactenus consultans, veneno an ferro vel qua alia vi. placuitque primo venenum. sed inter epulas principis si daretur, referri ad casum non poterat tali iam Britannici exitio; et ministros temptare arduum videbatur mulieris usu scelerum adversus insidias intentae; atque ipsa praesumendo remedia munierat corpus. ferrum et caedes quonam modo occultaretur nemo reperiebat; et ne quis illi tanto facinori delectus iussa sperneret metuebat. obtulit ingenium Anicetus libertus, classi apud Misenum praefectus et pueritiae Neronis educator ac mutuis odiis Agrippinae invisus. ergo navem posse componi docet cuius pars ipso in mari per artem soluta effunderet ignaram: nihil tam capax fortuitorum quam mare; et si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum ut sceleri adsignet quod venti et fluctus deliquerint? additurum principem defunctae templum et aras et cetera ostentandae pietati.

- (a) *igitur ... capesseret* (líneas 1–2). Nombre los jardines que se mencionan en estas líneas. Dé un dato de cada uno de ellos. [3 puntos]
- (b) *postremo ... venenum* (líneas 2–4). ¿Sobre qué duda Nerón en estas líneas? Apoye su argumento con ejemplos del texto en latín. [3 puntos]
- (c) *sed ... exitio* (líneas 4–5). Dé tres datos sobre Británico. [3 puntos]
- (d) *obtulit ... ignaram* (líneas 7–10). ¿Quién es Aniceto? ¿Qué propone? ¿Por qué lo hace? [3 puntos]
- (e) Traduzca *nihil ... pietati* (líneas 10–12). [3 puntos]

Género: Cartas**Pregunta 7. Plinio el Joven *Cartas* 2.6**

longum est altius repetere nec refert, quemadmodum acciderit, ut homo minime familiaris cenarem apud quendam, ut sibi videbatur, lautum et diligentem, ut mihi, sordidum simul et sumptuosum. nam sibi et paucis opima quaedam, ceteris vilia et minuta ponebat. vinum etiam parvulis lagunculis in tria genera discripserat, non ut potestas eligendi, sed ne ius esset recusandi, aliud sibi et nobis, aliud minoribus amicis – nam gradatim amicos habet – aliud suis nostrisque libertis. animadvertit qui mihi proximus recumbebat, et an probarem interrogavit. negavi. “tu ergo” inquit “quam consuetudinem sequeris?” “eadem omnibus pono; ad cenam enim, non ad notam invito cunctisque rebus exaequo, quos mensa et toro aequavi.” “etiamne libertos?” “etiam; convictores enim tunc, non libertos puto.” et ille: “magno tibi constat.” “minime.” “qui fieri potest?”

10 “quia scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti.” et hercule si gulae temperes, non est onerosum quo utaris ipse communicare cum pluribus. illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumptibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia quam aliena contumelia consulas. quorsus haec? ne tibi, optimae indolis iuveni, quorundam in mensa luxuria specie frugalitatis imponat.

- (a) Traduzca *longum ... sumptuosum* (líneas 1–3). [3 puntos]
- (b) *nam ... libertis* (líneas 3–6). ¿Qué peculiaridades de esta cena describe Plinio en estas líneas? [3 puntos]
- (c) Explique cómo encaja la expresión *in ordinem redigenda* (línea 12) en el contexto de la carta. [3 puntos]
- (d) ¿Cómo describe Plinio la distribución que el anfitrión hace de sus amigos en la cena en este pasaje? ¿En qué se basa para hacer dicha distribución? [3 puntos]
- (e) ¿Cómo resume Plinio su propia posición respecto a los invitados en este pasaje? [3 puntos]

Género: Cartas**Pregunta 8. Plinio el Joven *Cartas* 10.33**

cum diversam partem provinciae circumirem, Nicomediae vastissimum incendium multas privatorum domos et duo publica opera, quamquam via interiacente, Gerusian et Iseon absumpsit. est autem latius sparsum, primum violentia venti, deinde inertia hominum quos satis constat otiosos et immobiles tanti mali spectatores perstitisse; et alioqui nullus usquam in publico sipo,
 5 nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. et haec quidem, ut iam praecepi, parabuntur; tu, domine, dispice an instituendum putes collegium fabrorum dumtaxat hominum CL. ego attendam, ne quis nisi faber recipiatur neve iure concesso in aliud utantur; nec erit difficile custodire tam paucos.

- (a) *cum ... absumpsit* (líneas 1–2). ¿A quién va dirigida esta carta? ¿Qué información transmite Plinio en estas líneas? [4 puntos]
- (b) Explique qué son Gerusia e Iseon. [4 puntos]
- (c) *est ... compescenda* (líneas 3–5). Según Plinio, ¿cuáles son los motivos por los que se extendió tanto el fuego? [3 puntos]
- (d) ¿Qué es un *collegium fabrorum* (línea 6)? ¿Por qué pide Plinio la aprobación de Trajano para introducirlo? [2 puntos]
- (e) Traduzca *ego ... paucos* (líneas 7–8). [2 puntos]

Género: Filosofía

Pregunta 9. Lucrecio 3.55–78

55 quo magis in dubiis hominem spectare periculis
convenit adversisque in rebus noscere qui sit;
nam verae voces tum demum pectore ab imo
eliciuntur et eripitur persona, manet res.
denique avarities et honorum caeca cupido,
60 quae miseros homines cogunt transcendere fines
iuris et inter dum socios scelerum atque ministros
noctes atque dies niti praestante labore
ad summas emergere opes, haec vulnera vitae
non minimam partem mortis formidine aluntur.
65 turpis enim ferme contemptus et acris egestas
semota ab dulci vita stabilique videtur
et quasi iam leti portas cunctarier ante;
unde homines dum se falso terrore coacti
effugisse volunt longe longeque remosse,
70 sanguine civili rem conflant divitiasque
conduplicant avidi, caedem caede accumulantes,
crudeles gaudent in tristi funere fratris
et consanguineum mensas odere timentque.
consimili ratione ab eodem saepe timore
75 macerat invidia ante oculos illum esse potentem,
illum aspectari, claro qui incedit honore,
ipsi se in tenebris volvi caenoque queruntur.
intereunt partim statuarum et nominis ergo.

- (a) Traduzca *quo ... res* (versos 55–58). [3 puntos]
- (b) Explique a qué se refieren las palabras *verae voces* (verso 57). No es válida una simple traducción. [2 puntos]
- (c) Mida *denique ... fines* (versos 59–60). [2 puntos]
- (d) *turpis ... ante* (versos 65–67). Comente las imágenes de estos versos. Apoye su respuesta con ejemplos del texto en latín. [4 puntos]
- (e) *unde ... ergo* (versos 68–78). ¿Qué afirma Lucrecio en estos versos sobre los efectos del temor a la muerte? Apoye su respuesta con ejemplos del texto en latín. [4 puntos]

Género: Filosofía**Pregunta 10. Lucrecio 3.161–176**

haec eadem ratio naturam animi atque animai
corpoream docet esse; ubi enim propellere membra,
corripere ex somno corpus mutareque vultum
atque hominem totum regere ac versare videtur,
165 quorum nil fieri sine tactu posse videmus
nec tactum porro sine corpore, nonne fatendumst
corporea natura animum constare animamque?
praeterea pariter fungi cum corpore et una
consentire animum nobis in corpore cernis.
170 si minus offendit vitam vis horrida teli
ossibus ac nervis disclusis intus adacta,
at tamen insequitur languor terraeque petitus
suavis et in terra mentis qui gignitur aestus
inter dumque quasi exsurgendi incerta voluntas.
175 ergo corpoream naturam animi esse necessest,
corporeis quoniam telis ictuque laborat.

- (a) *haec ... videtur* (versos 161–164). Nombre las razones que da el poeta para sustentar la naturaleza corpórea de la mente y el alma. Apoye su respuesta con ejemplos del texto en latín. [4 puntos]
- (b) Mida *nec ... animamque* (versos 166–167). [2 puntos]
- (c) *praeterea ... cernis* (versos 168–169). ¿Qué nos enseñan estos versos sobre la mente (*animum*)? [3 puntos]
- (d) *si ... voluntas* (versos 170–174). Describa el proceso interactivo entre la mente y el cuerpo tal y como lo ilustran estos versos. [3 puntos]
- (e) Traduzca *ergo ... laborat* (versos 175–176). [3 puntos]